

prae consortibus suis, christum hunc oleo laetitiae^{g)} delibutum extrinsecus faciens et principem populi sui constituens, ad imitationem scilicet veri regis Christi filii sui^{f)} domini nostri, ita ut quod ipse^{g)} possidet per naturam, iste^{h)} consequeretur per gratiam. Deniqueⁱ⁾ non hic perpetuus augustus ad tanta fastigia se velut improbus intulit, non tamquam importunus fraude aliqua vel prava machinatione aut inhianti ambitione ad imperialem apicem aspiravit. Absit. Neque enim sibi honorem praesumptiose adsumpsit ut imperator fieret, sed tamquam desideratus, optatus^{k)}, postulatus a nobis et a Deo vocatus et honorificatus ad defendendam religionem et Christi ubique^{l)} servos tuendos humiliter atque oboedienter accessit, operaturus et roboraturus in^{h)} imperio summam pacem et tranquillitatem et in ecclesia^{l)} Dei iustitiam et exaltationem^{k)}. Nisi enim nos^{m)} talem eiusⁿ⁾ cognovissemus intentionem, numquam animus fieret noster tam promptus ad ipsius promotionem, et hoc per sacerdotum Domini^{o)} manus et ministrorum eius officium sicut David et Salomon et nonnulli alii christi Domini^{l)}, quos nimirum non esse tangendos spiritus sanctus per psalmorum cantica¹⁰⁾ protestatur. Quapropter, fratres karissimi, omnes^{m)} unanimes idipsum sentientes benedicamus Domino et totis^{p)} cordis ac corporis vocibusⁿ⁾ collaudemus, qui secundum quod pollicitus est¹¹⁾ spernentes sprexit et glorificantem se glorificavit^{o)}, quique hunc tantum nobis talemque^{p)} contulit^{q)}, per quem merentium^{q)} consolatio et paganorum contritio et christianorum proculdubio speretur cita redemptio, summamque maiestatem eius et pietatem votis continuis obsecremus, ut confirmet hoc in eo immo^{r)} et^{r)} in nobis per eum, quod operatus est in eo a^{s)} templo sancto^{t)} suo,

h) im R. i) ecclesiam R, H. k) exultationem M. l) christi Domini *verbessert aus christiani* R; christiani P, Bi. m) *fehlt* M, P, Bi; Dei H. n) viribus M. o) spernentes spernit et glorificantes se glorificat M. p) et talem M. q) incrementum M. r) munus M.

f) *fehlt* Bi. g) iste H. h) ipse H. i) Deinde P, Bi, S, Ba. k) et optatus Bi. l) utique P, Bi, S, Ba. m) *fehlt* Bi. n) *fehlt* H. o) *fehlt* H; Dei P, Bi. p) *folgt gestrichen* ecclesiae H. q) tribuit Bi. r) *fehlt* Bi. s) *fehlt* Bi. t) *fehlt* H.

⁹⁾ Vgl. Ps. 44, 8; *Krönungsorto Ludwigs II. des Stammers von 877* (Boretius-Krause a. a. O. Nr. 304, S. 461 Z. 27 f.): qui unctus est oleo laetitiae prae consortibus suis; *ebenso der westfränkische Ordo um 900* (P. E. Schramm, ZRG. Kan. Abt. 23 [1934] 203 f.).

¹⁰⁾ Ps. 104, 15.

¹¹⁾ Is. 33, 1; 1. Reg. 2, 30.